Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8250
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



pliuum et castra metatus est iuxta
lapidem adiutorii. Porro philistiim
venerunt in affec et instruxerunt
aciem contra israel. Iuto autem certa
mine cersa uertit israel philisteis. et
cesa sunt in illo certamine passim
pastros quasi quatuor milia uirorum
et reuersus est ppls ad castra. dixe
runt qm maiores natu de israel. quare
percussit nos dominus hodie coram
philistiim afferamus ad nos de silo
archam federis domini exercituum
et ueniat in medium nri ut saluet
nos de manu inimicorum nostrorum
onsit ergo ppls in silo. et tulerunt in
archam federis domini exercituum
sedentis super cherubim. Erant qm duo
filii hely cum archa federis domini.
ophni et finees. Cumqm ueniisset ar
chia federis domini in castra uocife
ratus est omnis israel clamore grandi
et ppsonauit terra et audierunt phi
listiim uocem clamoris dixerunt qm
Que nam est hec uox clamoris mag
magnis hebreorum. et cognouerunt qd
archa federis domini ueniisset in cast
timuerunt qm philistiim dicentes.
Venit deus in castra. Et insuper
runt dicentes Ve nobis. non enim
fuit tanta exultatio heri et nudius
tertius. Ve nobis. quis nos seruabit
de manu deorum sublimium istorum
hi sunt di qui percusserunt egyptiis
omni plaga in deserto. Confortamini
et estote uiri philistiim ne seruiatis
uiris hebreis sicut illi seruierunt
nobis. Confortamini et bellate. pugna
ruit ergo philistiim et cecidit israel
et fugit unusquisqm in tabernaculum
suum. Et facta est plaga magna
nimis. et ceciderunt de israel. xxx.
milia peditum et archa dei capta
est. duo quoqm filii hely mortui sunt
ofnii et finees. Curreus autem ui
de beniamin cratae uenit in silo in die
illo scissa uestes et conspersus puluere
caput. cumqm ille uenisset hely sede
bat super sellam contra uiam exspec
tans. erat enim cor eius pauens pro
archa domini. Vir autem ille postquam
ingressus urbi et nuntiauit. et ululau
omnis ciuitas. et audiuit hely som
tum clamoris. Dixit qm. Quis est hic
sonitus tumultus huius. at ille festi
nauit et nuntiauit hely. Heli autem
erat nonagenta et uni annorum. et
oculi eius caligauerant et uidere non
poterat. et dixit ad hely. Ego sum qui
uenio de prelio et ego fugi hodie. cui ille ait. quid actum
est fili mi. Respondens autem ille qui
nuntiabat. fugit israel coram
philistiim et ruina magna facta est
in ppl. Insuper et duo filii tui mortui
sunt ofnii et finees et archa di capta
est. Cumqm ille nominasset archam
dei. hely cecidit de sella retrorsum.
iuxta hostium et fractis ceruicibus
mortuus est. senex enim erat uir. et
grandeuus. et ipse iudicauit israel. xl.
annis. Nurus autem eius uxor finees
pregnans erat iuxta qm parit. et au
dito nuncio quod capta esset archa
dei et mortuus esset socer eius et uir
suus. inuruauit se et peperit irrue
runt enim dolores in eam subito. In
ipso enim momento mortis eius dixe
runt ei qui stabant circa
eam ne timeas quia filium peperi
sti. Que non respondit eis. neqm u.